

meta Editionis tollenda foret utile. Ita in calce pro *vertatur praesumptio* pone *vereat*. Adjacet clausula: *Explicit expositio magistri Hugonis et prepositi* (quem fuisse negant) *sancti Victoris super primum librum Yerarciarum. Finitus Anno gratie M°. CCC°. 43°. feria 2. Ante nativitatem domini.*

CCLXXIII.

- R. 84 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 238. 4. maj. probe scriptus, sed multis locis resectus, notis marginalibus adspersus, et quondam *Conventus O. E. S. Aug. dicti S. Johannis de Carbonaria Neapoli*, ad quem devenerat ab *Ant. Seripando* fratre *Hieronymi* Card. ex eodem Ordine Viri celebris herede Bibliothecae *Auli Jani Parrasii* (Joh. Pauli Parisii) *Consentini*, complectitur Q. Sept. Flo-

Editio

- V. 4. *facti mortem maris*
7. *justique fines*
13. *angusta mente*
16. *et debita cedere poenae*
24. *Urbs ora est — Joppen*
25. *Rate scandit*
26. *fert acta Deus*
30. *globus pariter*
34. *Nequicquam medius*
39. *concussa est spina carinae,*
Palpitat antenna stridens &c.

Sed satis pro instituto meo, qui non nisi indicem ago. Unum tamen silentio praeterire nequeo,

rentis Tertulliani Carthag. a. Chr. 220. aut circiter vivis exempti Scripta, quae indicabimus. Initium facit *De Jona propheta carmen heroicum*, ad cujus calcem legas: *Finis versuum (105) Tertulliani de Jona*, quos ego *Janus parrasius* ex antiquissimo codice longobardis exarato literis exscripti: quam maxime licuit ex fide. Itaque hi, et quod mox sequetur, tardius *Codici* praefixa sunt; obiit enim *Parrasius* Philologus egregius, de quo consulendi *J. Nicius Erythr. Toppius* cum *Nicodemo, Baelius &c.* a. 1533. Objacet jam mihi *Carmen* istud *de Jona* in *Edit. Opp. Tertulliani Rigaltiana Venet. 1744. p. 576. f. prolatum* ex unico *P. Pithoei* Codice c. notis *Fr. Jureti*. Quantum vero e *Parrasiano* nostro perfici possit, specimine ostendam:

Codex

- tacti mortem maris.*
justique viam.
angusta mente.
et dicta cedere poena.
Urbs oras — Joppe.
Rate poscit.
Per signa Dei.
globum pariens.
Nec quicquam medium est.
Concussae spina carinae
Palpitat. Antennae stridens &c.

non vidisse *Juretum* medelam ultimis a fine versibus adponendam; ita enim *Edita*:

Inter

*Inter semesas classes, resolutaque corpora putri
 Digestu, sua jam velua (divinat vel vivus) funera discens.
 In signum sed enim domini quandoque futurus,
 Non erat exitio, sed coeli gloria factus.*

Pro quibus lege cum Codice:

*Inter semesas classes, resolutaque putri
 Corpora digestu sua jam tum funera discens.
 In signum sed enim domini quandoque futurus
 Non erat exitii, sed mortis testis abactae.*

Non sunt ad manum *Tertulliani Opera Poetica* ab *Andr. Rivino* vulgata *Lipsiae 1651. 8.* ut pronuntiare queam, quam felicior fuerit in confanando *Jona* Vir hic doctus *Jureto*.

Poemati huic adscriptit *Parrhasius* Testimonia illustrium Virorum de *Tertulliano*, ut in melioribus Editionibus fieri solet. Verba hic adlata *Lactantii*, *Isidori*, et quaedam etiam *Hieronymi* in Edit. *suprac.* desiderantur.

II. Praemisso Rubro: *Auli Jani Parrhasii et Amicorum Neapoli* in duobus uoluminibus (nunc uno) aureis emptus quatuor; incipiunt a vetustiore manu ipsa *Tertulliani Opera*, et quidem *Liber de Carne Christi*. Initium: *Qui fidem resurrectionis ante istos saduceorum propinquos &c.* Finis: *quale fuerit quod in christo resurrexit.* Extat Edit. cit. p. 307.

III. fol. 18. p. 2. Incipit liber de carnis resurrectione. Initium: *Fiducia christianorum resurrectio mortuorum &c.* Finis: *usquequaque potando refrigerabis.* Edit. cit. p. 325.

IV. fol. 60. Incipit liber de corona militis. Initium: *Proxime factum est liberalitate praestantissimorum &c.* Finis: *de suorum fide confundat et judicet.* Edit. cit. p. 100.

V. fol. 69. Incipit liber ad martires. Initium: *Inter carnis alimentata benedicti martyres &c.* Finis: *ab aduersariis eius si pro eo steterint.* Edit. cit. p. 136.

VI. fol. 71. p. 2. Incipit liber eiusdem de penitentia. Initium: *Poenitentiam hoc genus hominum quod et ipsi &c.* Finis: *in paradysum suum non tacet.* Edit. cit. p. 120.

VII. fol. 79. p. 2. Incipit liber eiusdem de uirginibus uelandis. Initium: *Proprium jam negotium passus &c.* Finis: *cujus hoc opusculum est.* Edit. cit. p. 172.

VIII. fol. 89. p. 2. Incipit liber tertulliani de habitu muliebri. Initium: *Si tanta in terris moraretur fides &c.* Finis: *et muliebri corpusculo bajulare.* Edit. cit. p. 149. ubi inscribitur L. I. de Cultu Feminarum.

IX. fol. 93. Incipit liber eiusdem de cultu feminarum. Initium:

Ancillæ dei uiuæ conferuæ et sorores meæ &c. Finis: deum habebitis amatorem. Edit. cit. p. 154. ubi Liber II.

X. fol. 99. Q. Sept. Flor. Tertulliani Liber primus ad Uxorem. Initium: *In domino conferua. quid tibi sectandum sit &c. Itaque deest, quod in Edit. cit. p. 161. rite praemittitur: Dignum duxi, dilectissima mihi. Finis: in illis frequentabis.*

XI. fol. 103. Incipit liber secundus ad uxorem. Initium: *Proxime tibi dilectissima in domino &c. Finis: et si liceret, non expeditet. Plenius quam in Edit. cit. p. 172. ubi abrupte: non expedit.*

XII. fol. 106. p. 2. Incipit liber de fuga in persecutione. Initium: *Quæstisti proxime fabi frater &c. Finis: ita iuuamus (iuvaturus) in passione. Edit. cit. p. 536.*

XIII. fol. 115. p. 2. Incipit liber tertulliani ad scapulam. Initium: *Nos quidem neque expavescimus &c. Finis: et ipse statim sequitur. Edit. cit. p. 68.*

XIV. fol. 118. p. 2. Incipit liber Tertulliani de exhortatione castitatis. Initium: *Non dubito frater te post uxorem &c. Finis: ab ea re, a qua paradifus obstructus est. Edita cit. p. 525. legunt: inta-ctus est.*

XV. fol. 124. p. 2. Incipit liber Tertulliani De monogamia. Initium: *Heretici nuptias auferunt &c. Finis: esse quod inter duos non potes. Edit. cit. p. 525.*

XVI. fol. 136. Incipit liber Tertulliani de pallio. Initium: *Principes semper africe uiri &c. Finis:*

ex quo christianum uestire cepisti. Edit. cit. p. 111. Atque hic prioris Voluminis, de quo meminit Parrhasius supra, terminus est, et subscriptum: Finis libri huius scriptum per me Merchinonem nat. de uult. Puto Vulturno, aut Vulturara.

XVII. fol. 144. Incipit alterum Volumen ita: Q. Sept. Florentis Tertulliani presbyteri De paciencia dei. Initium: *Confiteor ad dominum deum satis temere me si non etiam impudenter &c. pro quo Edita ἀλογως: timere me &c. Finis: resurrectionem carnis et spiritus credimus. Edit. cit. p. 139.*

XVIII. fol. 151. p. 2. Incipit liber eiusdem aduersum praxean. Initium: *Varie diabolus emulatus est ueritatem &c. Finis: qui eum alium quam filium credit. Edit. cit. p. 500.*

XIX. fol. 173. p. 2. Incipit liber eiusdem Q. S. Tertulliani aduersus Valentinianos. Initium: *Valentiniani frequentissimum plane collegium &c. Finis: in siluas iam exoleuerunt gnosticorum. Edit. cit. p. 250.*

XX. fol. 185. Incipit Liber primus Q. Sept. Florentis Tertulliani Aduersus Marcionem. Initium: *Si quid retro gestum est nobis &c. Ita fol. 202. p. 2. Liber secundus, et fol. 220. Liber tertius, ut Edit. cit. p. 365. At is abruptitur in his verbis: ab hominibus forma tua. Nam et si tempestiuus — quae habentur Edit. cit. p. 407.*

En Exemplum complurium Tertulliani Operum, quod Pamelio,

lio, Rigaltioque optaffes, quodque futuro saltem ejus Editori negligendum non erit, ita non pauca ad perficiendum textum cum a prima, tum a secunda manu mini-

Editio.

a Deo consecutum est
videntur tibi impune tulisse
contenditis ad eligendos nos
quasi tumultuosum civibus suis
satisfacere
quid facies de tantis millibus
cum viderit illic

Ad calcem Codicis: *Antonii Seripandi e Testamento Jani Parrhasii*, cui gratus Heres in Coenobio supra nominato Monumentum posuit, ut habes in *Mabillonii Museo Ital.* P. I. p. 111.

CCLXXIV.

R. 2229 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 270. f. nitidissime perscriptus, fronte et initiorum literis penicillo Italo eleganter depictis et deauratis *S. Cypriani Opera* complectitur. Folio praevio haec leguntur: *Nos Johannes Episcopus Wratislaviensis donavimus hunc preclarum librum sancti Cypriani martiris monasterio Carthusien. in legnitz 1499. Dein: Ego Lambertus Gruterus Episcopus Neostadiensis in Austria accepi ex Carthusia Olmucensi a R. P. Visitatore anno 1577. die ultimo Junij, quo tempore cum Rodolfo II. obirem terras omnes Bohemici Regni, Seruoque mihi tamquam the-*

frat. Atque ut fides sit adfero, Lessionis varietatem probabilem e breviculo *Libro ad Scapulam Africae Praef.* adscribo:

Codex.

Redundat: est.
sibi impune tulisse.
ad elidendos nos.
quasi tumultuosis civibus suis
satisfaceret.
quid facies decem millibus.
cum videris illic.

*saurum. Johannes Roth Rbaetus Wemdinganus e Protonotario Caes. et Decano Passav. et Wratislav. Ecclesiae Episcopus primum Lavantinus in Carinthia 1469. dein Wratislaviensis 1482. obiit 1506. Lambertus Gruterus Venradius Belga Colonia ad Aulam Caes. 1569. evocatus Ecclesiastes facundus a Maximiliano II. cui pergratus fuit, cujusque deinceps morti, ut in Literis ad Vicarium suum *Job. Seidelium* his verbis: *Plenus in Deum fiducia obiit nobis praesentibus et illi comprecantibus*, testatus est, *Ratisbonae* adfuit, a. 1572. ad *Infulas Neostadienses* promotus eas usque ad annum mortis 1582. maxima cum laude gessit extinctus *Augustae* in Comitatu Caesaris. *Carthusia Lignizensis*, seu *Domus Passionis Christi filia Erfordianae* fundata est circa a. 1430. a Duce *Ludovico*. De *Olmucien*si dixi alias. Sed jam ad *Cyprianum*. Praemissa adcurata *Tabula*, qua etiam prima*